Codex Diplomaticvs Brandenbvrgensis
aus Originalen und Copial-Büchern, gesammelt und herausgegeben
Phillipp Wilhelm Gercken
TOMUS VI
Stendal, gedruckt by Daniel Christian Frantzen 1778

darin:
Abschnit II Diplomatarium Meso-Marchicum I. Ex Codice Saec. XIV Tabularii Regii Berlolin
S. 432/433

No. XXIX
Collatio bonorum Gebolfo militi
A. 1334 Fol.4. Cod..No.12.

Nouerint &c. Quod nos &c. Contulimus et presentibus conferimus iufti/iusti pheodi tytulo strenuo militi gebolfo de nyseinkouny sincere nobis dilecto suisque heredibus omnia allodia, mansos, agros, areas, paludes, prata, ligna, stagna nec non viiuersaliter et singulariter vniuersa bona qualitercunque nominata, culta vel inculta, quondam per Strenuos viros *Michahelem* et *Heinricum* eius filium d*e Cheyn* bone recordationis, qui heredibus capacibus non derelictis, decesserant, in opidis videlicent tam superiori quam inferiori *Vynowe, in villa Koten, in villa Valkenberg et in villa Lichteruelde* in terminis vel limitibus ipsorum sita, cum omnibus ipsorum iuribus, libertatibus, gratiis, commodis honoribus et pertinentiis quibuscunque posessa et habita, per eorundem decessum ad nos legitima deulutione deuoluta, sine inquietatione qualibet perpetuis temporibus pacifice possidenda. Conferentes etiam eidem suisque heredibus meritorum suorum singularium consideratione decem frusta/sustra denatorium Brandenburgensium annuorum reddituum cum vniuersis ipsorum iuribus et pertinentiis cum precaria et cueeuum feruitio in villa Lichteruelde, que absolute et libere nobis pertinebant et nostra fuerant quiete in antea teneda pariter et habenda. In cuiu &c. *Datum Spandowe anno domini M°.CCC° XXXIIII° in die Katharine virginis.*